

LECCIÓN 27

Oraciones de infinitivo

(Morf. núm. 23, pág. 129; Sint. núm. 12, pág. 144)

A. Oraciones con un solo infinitivo


1. Caesar castra muniri iussit.- 2. Caesar cognovit Vercingetorigem castra movisse.- 3. Sperat adolescens diu se victurum esse.- 4. Caesar Rhenum transire decreverat.- 5. Lupus vulpem furti accusabat, at illa negabat a se furtum commissum esse.- 6. His rebus cognitis, Caesar legiones equitatumque revocari iubet.- 7. Pons qui fuerat tempestate interruptus, paene erat reffectus; hunc nocte perfici iussit.- 8. Caesar Helvetios in fines suos, unde erant profecti, reverti iussit.- 9. Thales dixit aquam esse initium omnium rerum.- 10. Caesar bellum cum Germanis gerere constituit.- 11. Postquam audiverunt muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui²⁵¹ id fieri²⁵² vetarent.- 12. Huc naves undique ex finitimis regionibus et classem quam superiore aestate ad Veneticum bellum effecerat, convenire iubet.

VOCABULARIO

accuso , 1, tr., <i>acusar</i> .	mitto , misi , missum , 3, tr., <i>enviar</i> .
adolescens , -entis , m., <i>adolescente, joven</i> .	moveo , movi , motum , 2, tr., <i>mover, levantar</i> .
aestas , -atis , f., <i>verano</i> .	munio , -ivi , -itum , 4, tr., <i>fortificar</i> .
aqua , -ae , f., <i>agua</i> .	murus -i , m., <i>muro, muralla</i> .
at , conj. advers., <i>pero, sin embargo</i> .	navis , -is , f., <i>nave</i> .
Athenae , -arum , n. pr., f. pl., <i>Atenas</i> .	nego , 1, tr., <i>negar</i> .
bellum , -i , n., <i>guerra</i> .	nocte , adv., <i>de noche</i> .
Caesar , -aris , n. pr., m., <i>César</i> .	omnis , -e , adj./pron. indef., <i>todo</i> .
castra , -orum , n. pl., <i>campamento</i> .	paene , adv., <i>casi</i> .
classis , -is , f., <i>escuadra</i> .	perficio , -feci , -fectum , 3m., tr., <i>terminar</i> .
cognosco , -gnovi , -gnitum , 3, tr., <i>conocer</i> .	pons , pontis , m., <i>puente</i> .
committo , -misi , -missum , 3, tr., <i>cometer</i> .	postquam , conj. tempor., <i>después que</i> .
constituo , -ui , -utum , 3, tr., <i>decidir</i> .	proficiscor , profectus sum , dep. 3, intr., <i>salir</i> .
decerno -crevi , -cretum , 3, tr., <i>decidir</i> .	reficio , -feci , -fectum , 3m., <i>reconstruir</i> .
dico , dixi , dictum , 3, tr., <i>decir</i> .	regio , -onis , f., <i>región</i> .
diu , adv., <i>largo tiempo</i> .	res , rei , f., <i>cosa, asunto</i> .
duo , duae , duo , adj./pron. numer., <i>dos</i> .	revertor , -versus sum , dep., 3, intr., <i>regresar</i> .
efficio , -feci , -fectum , 3m., tr., <i>reunir</i> .	revoco , 1, tr., <i>hacer venir</i> .
equitatus , -us , m., <i>caballería</i> .	Rhenus , -i , n. pr., m., <i>Rin</i> .
finis , -is , m., <i>frontera, territorio</i> .	spero , 1, tr./intr., <i>esperar</i> .
finitimus , -a , -um , adj., <i>vecino, limítrofe</i> .	superior , -ius , adj. compar. de superus , <i>anterior</i> .
furtum -i , n., <i>hurto, robo</i> .	tempestas , -atis , f., <i>tormenta</i> .
Germani , -orum , m. pl., <i>los germanos</i> .	Thales , -is , n. pr., m., <i>Tales de Mileto</i> .
gero , gessi , gestum , 3, tr., <i>hacer</i> .	transeo , -i(v)i , -itum , irr., tr., <i>cruzar</i> .
Helvetii , -orum , m. pl., <i>los helvecios</i> .	unde , adv. relat., <i>de donde</i> .
huc , adv., <i>allí</i> .	undique , adv., <i>de todas partes</i> .
initium , -ii , n., <i>principio</i> .	Veneticus , -a , -um , adj., <i>de los vénetos</i> .
instruo , -truxi , -tructum , 3, tr., <i>construir</i> .	Vercingetorix , -igis , n. pr., m., <i>Vercingetórix</i> .
interrumpo , -rupi , -ruptum , 3, tr., <i>cortar</i> .	veto , -ui , -itum , 1, tr., <i>prohibir, impedir</i> .
iubeo , iussi , iussum , 2, tr., <i>mandar, ordenar</i> .	vivo , vixi , victum , 3, intr., <i>vivir</i> .
legatus , -i , m., <i>legado</i> .	vulpes , -is , f., <i>zorra</i> .
legio , -onis , f., <i>legión</i> .	
lupus , -i , m., <i>lobo</i> .	

²⁵¹ Qui... vetarent, ver Sint. núm. 6, c), pág. 139.²⁵² Fieri, inf. pres. de **fio**, *hacer*. Este verbo, al contrario de los verbos deponentes, se conjuga en activa y se traduce en pasiva.

OTRAS FRASES DE REPASO Y PROFUNDIZACIÓN



1. Caesar Divitiacum ad se vocari iubet.
2. His paratis rebus, milites silentio naves conscendere iubet.
3. Pausanias, ut audivit Argilium confugisse in aram, perturbatus²⁵³ venit eo²⁵⁴.
4. Caesar, ubi luxit, omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet.
5. Nuntiatur²⁵⁵ Afranio magnos comitatus qui iter habebant ad Caesarem, ad flumen constitisse.
6. Germanico bello confecto, multis de causis Caesar statuit sibi²⁵⁶ Rhenum esse transeundum²⁵⁷.
7. Libenter²⁵⁸ ex his, qui a te veniunt, cognovi familiariter te cum servis tuis vivere.
8. Ubi ne²⁵⁹ tum quidem eos prodire intellexit, circiter meridiem exercitum in castra reduxit.
9. Subito Caesar per exploratores certior factus est omnes Gallos noctu discessisse.
10. Narrant poetae Aeneam Veneris deae filium fuisse. Cum Troia a Graecis capta est, dicunt eum cum patre Anchisa filioque Ascanio fugisse²⁶⁰ et in navem conscendisse atque in Latium pervenisse.
11. Leonidas, Lacedaemoniorum rex, Thermopylarum saltum cum parva manu occupaverat, ne barbari procedere possent. Sed Persae, cum saltum circumivissent, Lacedaemonios omnes interfecerunt. Itaque Atticam invaserunt.
12. Galli victores paulo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. Postquam hostes adesse nuntiatum est²⁶¹, iuventus Romana in arcem conscendit.
13. Post Cannensem pugnam multae Italiae civitates, Romam paulo post interituras esse existimantes, ad Poenos defecerunt. Sed Romani, plurimis militibus conscriptis, Fabium dictatorem²⁶² creaverunt. Marcellus Syracusas obsedit.
14. Eisdem temporibus Persarum rex Darius, ex Asia in Europam exercitu traiecto, Scythis bellum inferre decrevit. Pontem fecit in Histro flumine, qua²⁶³ copias traduceret. Eius pontis²⁶⁴, dum ipse abesset, custodes²⁶⁵ reliquit principes, quos secum ex Ionia et Aeolide duxerat.
15. Appius Claudius, vir stultae temeritatis, consul adversus Poenos profectus est. Priorum ducum consilia palam reprehendebat seque die quo hostem vidisset, bellum perfecturum esse iactitabat.
16. Cum in senatu de tertio Punico bello ageretur²⁶⁶, Cato iam senex delendam esse²⁶⁷ Carthaginem censuit negavitque, ea stante, salvam esse posse rem publicam.

²⁵³ **Perturbatus**, complemento predicativo.

²⁵⁴ **Eo**, ver nota núm. 169, pág. 52.

²⁵⁵ **Nuntiatur**, ver Sint. núm. 10, b), pág. 144.

²⁵⁶ **Sibi**, ver Sint. núm. 10, a), pág. 144.

²⁵⁷ **Esse transeundum**, ver, en Sint., la nota núm. 12, pág. 147.

²⁵⁸ Ord.: **Cognovi libenter ex his, qui veniunt a te, te vivere familiariter cum servis tuis.**

²⁵⁹ **Ne quidem**, *ni siquiera*.

²⁶⁰ **Fugisse/conscendisse/pervenisse**, ver Sint. núm 13, pág. 148.

²⁶¹ **Nuntiatum est**, ver Sint. núm. 10, b), pág. 144.

²⁶² **Dictatorem**, complemento predicativo.

²⁶³ **Qua**, advervio.

²⁶⁴ **Eius pontis**, complemento de **custodes**, que aquí aparece usado con valor predicativo.

²⁶⁵ **Custodes**, complemento predicativo.

²⁶⁶ **Ageretur**, ver Sint. núm. 10, b), pág. 144.

B. Oraciones con dos o más infinitivos.

(Sint., núm. 13, pág. 146)

1. At senatus populusque Romanus hanc pacem infamem infringi atque ipsum Mancinum hostibus tradi iussit.- 2. Caesar nuntiavit Romanos ab hostibus victos esse eosque Romam contendere atque arcem obsesuros esse.- 3. Ibi Caesar cognoscit sexaginta naves, tempestate reiectas, cursum tenere non potuisse atque eodem, unde erant profectae, revertisse.- 4. Caesar audierat²⁶⁸ Pompeium per Mauritaniam cum legionibus iter in Hispaniam facere confestimque esse venturum.- 5. Equites a Q. Atrio venerunt qui²⁶⁹ nuntiarent superiore nocte, maxima coorta tempestate, prope omnes naves afflictas esse atque in litore eiectas esse.- 6. Scio plerosque scripsisse Themistoclem, regnante Xerxe, in Asiam transiisse.- 7. Pausanias, hoc nuntio commotus, sperans se etiam tum pecunia et potentia instans periculum posse depellere, domum rediit.

VOCABULARIO

affligo, -flixi, -flictum , 3, tr., <i>destruir</i> .	nuntius, -ii , m., <i>noticia, mensaje</i> .
arx, arcis , f., <i>ciudadela</i> .	obsideo, -sesi, -sesum , 2, tr., <i>sitiar</i> .
Asia, -ae , n. pr., f., <i>Asia</i> .	omnis, -e , adj./pron. indef., <i>todo</i> .
at , conj. advers., <i>pero</i> .	Pausanias, -ae , n. pr., m., <i>Pausanias</i> .
Atrius, -ii , n. pr., m., <i>Atrio</i> .	pax, -cis , f., <i>paz, tratado de paz</i> .
Caesar, -aris , n. pr., m., <i>César</i> .	pecunia, -ae , f., <i>dinero</i> .
cognosco, -novi, -nitum , 3, tr., <i>conocer</i> .	per , prep. de acus., <i>por, a través de</i> .
commoveo, -movi, -motum , 2, tr., <i>impresionar</i> .	periculum, -i , n., <i>peligro</i> .
confestim , adv., <i>al instante, muy pronto</i> .	plerique, pleraeque, pleraque , <i>la mayor parte</i> .
contendo, -tendi, -tentum , 3, tr./intr., <i>dirigirse</i> .	Pompeius, -i , n. pr., m., <i>Pompeyo</i> .
coerior, cohortus sum , dep., 4, intr., <i>levantarse; desencadenarse</i> .	populus, -i , m., <i>pueblo</i> .
cursus, -us , m., <i>rumbo</i> .	potentia, -ae , f., <i>influencia, poder</i> .
depello, -puli, -pulsum , 3, tr., <i>rechazar</i> .	proficiscor, -fectus sum , dep., 3, intr., <i>partir</i> .
domus, -us , f., <i>casa, patria</i> .	prope , adv., <i>casi</i> .
eicio, eieci, eiectum , 3m., tr., <i>encallar</i> .	redeo, -ivi/-ii, -itum , irreg., 4, intr., <i>volver</i> .
eodem , adv., <i>allí mismo, al mismo lugar</i> .	regno , 1, intr., <i>reinar</i> .
eques, -itis , m., <i>jinete</i> .	reicio, -ieci, -iectum , 3m., tr., <i>empujar, derrotar</i> .
etiam , adv., <i>también</i> .	revertor, -versi, -versum , 3, intr., <i>regresar</i> .
facio, feci, factum , 3m., tr., <i>hacer</i> .	Roma, -ae , n. pr., f., <i>Roma</i> .
Hispania, -ae , n. pr., f., <i>España</i> .	Romanus, -a, -um , adj., <i>romano</i> .
hostis, -is , m., <i>enemigo</i> .	scio, -i(v)i, -itum , 4, tr., <i>saber</i> .
ibi , adv., <i>allí</i> .	scribo, scripsi, scriptum , 3, tr., <i>escribir</i> .
infamis, -e , adj., <i>infame, deshonoroso</i> .	Senatus, -us , m., <i>Senado</i> .
infringo, -fregi, -fractum , 3, tr., <i>romper</i> .	sexaginta , numer. indeclin., <i>sesenta</i> .
instans, -ntis , adj., <i>inminente, apremiante</i> .	spero , 1, tr., <i>esperar</i> .
iter, itineris , n., <i>camino, viaje</i> .	superior, -ius , comparat., <i>anterior</i> .
iubeo, issi, iussum , 2, tr., <i>ordenar</i> .	tempestas, -atis , f., <i>tempestad, tormenta</i> .
legio -onis , f., <i>legión</i> .	teneo, tenui, tentum , 2, tr., <i>mantener</i> .
litus, -oris , n., <i>litoral, costa</i> .	Themistocles, -is , n. pr., m., <i>Temístocles</i> .
Mancinus, -i n. pr., m., <i>Mancino</i> .	trado, -didi, -ditum , 3, tr., <i>entregar</i> .
Mauritania, -ae , n. pr., f., <i>Mauritania</i> .	transeo, -i(v)i, -itum , 4, intr., <i>pasar, cruzar</i> .
maximus, -a, -um (superl. de magnus), <i>grandísima</i> .	tum , adv., <i>entonces</i> .
navis, -is , f., <i>nave</i> .	unde , adv. relat., <i>de donde</i> .
nox, noctis , f., <i>noche</i> .	venio, veni, ventum , 4, intr., <i>llegar</i> .
nuntio , 1, tr., <i>anunciar, comunicar</i> .	vinco, vici, victum , 3, tr., <i>vencer</i> .
	Xerxes, -is , n. pr., m., <i>Jerjes</i> .

²⁶⁷ Delendam esse, ver, en Sint., la nota núm. 12, pág. 147.

²⁶⁸ Audierat = audiverat, ver nota núm. 142, pág. 48.

²⁶⁹ Qui nuntiarent, ver Sint. núm. 6, c), pág. 139.

PÍRAMO Y TISBE

Olim Babylone habitabat adulescens quidam pulcherrimus, nomine Pyramus, atque in vicina domo virgo cui nomen erat Thisbe. Pyramus hanc virginem in via forte conspectam statim amavit. Simili modo Thisbe, Pyramo viso, amore capta est. Sed eheu! parentes et²⁷⁰ virginis et adulescentis, quoniam multos iam annos inter se rixabantur, eos convenire venterunt. Pyramo Thisben²⁷¹ ne quidem²⁷² videre licebat; quare et adulescens et virgo valde dolebant.

Erat²⁷³ murus domui utrique communis. Parva tamen rima, a nullo antea visa, ab amantibus inventa est. Quam²⁷⁴ ad rimam sedentes inter se secreto colloquebantur, alter alteri amorem exprimentes, sed mox, osculis muro datis, inviti²⁷⁵ valedicebant.

Tandem, parentibus insciis²⁷⁶, e domo nocte exire, in silvam convenire ac sub arbore quadam considerare constituerunt. Itaque Thisbe, cum vultum velamine celavisset, silentio noctis furtim egressa ad silvam festinavit et, cum ad eam advenisset, sub illa arbore consedit. Ecce tamen venit leo saevus, ore sanguine bovis asperso. Quo conspecto, Thisbe perterrita in speluncam, quae prope erat, confugit et, dum fugit, labitur a capite velamen, quod leo ore sanguineo rapuit ac mox in terra deposuit. Haud multo post Pyramus ex urbe egressus, dum ad arborem eandem progreditur, primum vestigia leonis ac deinde puellae velamen vidit. Tunc timore tremens “quid accidit?”, clamavit, “eheu! ego te occidi, mea Thisbe, quod iussi te in silvam noctu solam venire. Sine te vivere nolo.” Igitur, gladio stricto, se vulneravit atque in terram cecidit moriens. Thisbe autem, metu nondum deposito, spelunca timide exiit et, cum Pyramum quaesivisset corpusque eius humi²⁷⁷ iacens conspexisset, multis cum lacrimis clamavit: “Pyrame, quis hoc fecit?”. Deinde, suo velamine conspecto, iam moritura²⁷⁸ clamavit: “Velamen meum te perdidit, sine te vivere nolo,” et gladio Pyrami ipsa se occidit.

Parentes, adulescentium amore commoti transfixique dolore, eos in eodem sepulchro sepeliri statuerunt.

MAGNANIMIDAD DE PUBLIO CORNELIO ESCIPIÓN

Cum Carthago Nova in Hispania a Romanis capta esset, ibique Poeni multos Hispanos obsides habuissent, P.C. Scipio eos magna liberalitate excepit. Captiva a militibus adducitur ad eum adulta virgo adeo eximia forma²⁷⁹, ut quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipo patriam et parentes eius quaesivit atque, ubi cognovit eam desponsam esse principi Celtiberorum, cui Allucius nomen erat, parentes sponsumque virginis ad se vocari iussit. Cum ei prope ad Scipionem venissent, sponso virginem statim reddidit insuperque pro nuptiali munere²⁸⁰ eidem sponso dedit aurum, quod parentes virginis ad filiam redimendam²⁸¹ attulerant.

Hac multiplici magnificentia commoti, complures Celtiberi imperio populi Romani acceperunt.

²⁷⁰ **Et... et...**, *no sólo ... sino también...*

²⁷¹ **Thisben**, ac. sing., *Tisbe*.

²⁷² **Ne quidem**, *ni siquiera*.

²⁷³ **Erat**, ver Sint, núm 5, pág. 138.

²⁷⁴ **Quam**, ver Sint, núm. 6, b), pág. 139.

²⁷⁵ **Inviti**, complemento predicativo.

²⁷⁶ **Parentibus insciis**, ver, en Sint., la nota núm. 7, pág. 145.

²⁷⁷ **Humi**, ver Sint, núm. 7, a), pág. 140.

²⁷⁸ **Iam moritura**, *decidida ya a darse muerte*.

²⁷⁹ **Adeo eximia forma**, *de una belleza tan extraordinaria...*

²⁸⁰ **Pro nuptiali munere**, *como regalo de boda*.

²⁸¹ **Ad filiam redimendam**, ver Sint. núm. 14, b), pág. 149.